

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 122

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 275.

Cod. CXXII. n. 1.

275^e

Cod. CXXII

A
6.4.

Chartae. Fol. loci. 13.

Thomae de
Hybernia manus
Manipulus florum

1a-90b

Thomae de Hybernia Manipulus florum
Prologus incipit: "Abiit in agrum, et col-
legit spicas post terga mettenarium. Ruthiij,
quo finit legitur." Incipit Manipulus flo-
rum compilatus a Magistro Thoma de Hyber-
nia quondam Socio in Sorbona. Floresisti
collecti sunt secundum ordinem alphabeti-
ca operibus originalibus 38 authorum, in
prologo nominatim adducuntur, qui super
sacris litteris scripserunt, unde etiam nomi-
na Tabula originalium, Extractiones origi-
nialium tulerunt. In fine addidit scrip-
tor: "Explicit manipulus florum finitus
per manus Mathie dictus Katspeckh
tunc temporis in Mayrhof positus, et ritus
anno Domini Millesimo Quadringentesimo
Decimo Nono feria sexta post conversione
sancti Pauli Apostoli.

Thomas de Hybernia, seu Hybernicus,
perperam ab aliis Palmeranus, sive Palmer,
Stonensis dictus, in agro Kildaniensi natus
Socius exinde Sorbonicus, non Doctor, sed
Baccalaureus tantum, ut evincere conatur
Quetif script. Ord. Praed. T. I p. 744, nulli,
neque certae familiae regulari votis man-
cipatus, floruit circa ann. 1316.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 122

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 276.

276.

Cod. CXXII. n. 2.

Nicolai de
Lira sermones.

94a-200a

IV 10 2

Nicolai de Lira sermones de variis sanctis,
de B. V. M., de Comuni Sanctorum, et de de-
dicatione Ecclesie. Rubrica praecedit haec:
" Sermones speciales, et post hoc Comune reglo,
" lai de Lira. Primus est in laudem S. Pauli,
" viii, et incipit: " In omnibus requiem quae
" rivi dei: Sapientis opus est. " Finito nono
sermone innovatur rubrica in hunc modum:
" Sermones de conceptione beate virginis reglo,
" lai de Lira. Hi sunt numero tantum tres,
quos iterum excipiunt sermones de sanctis,
et de comuni Apostolorum, Martyrum etc: usque
ad finem.

Codex quidem noster praesentes sermones
Nicolaus de Lira evidenter satis adjudicat,
et si in eruditorum operibus eos offendere non
dum potuerim. Attamen sive Lirani sint,
sive non, certe ii non sunt, qui habentur
manuscripti in Bibl. Minor. Tolleti. Fabric.
Bibl. m. s. inf. lat. T. V. pag. 117. De Ni-
colao de Lira vid: Cod. XVI.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 122

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 277.

Cod. CXXII. n. 3. 4.

277.

3

V. Bedae inter
metat. nomina
hebraeorum.

208a-255b

Venerab. Bedae interpretationes nominum
hebraeorum, seu eorum in latinum sermonem
translatio. Absque ulla titulo incipiunt:
"Hac apprehendens." Catant inter opera
V. Bedae Col. Fol. 1888 T. III. Col. 377. Scrip.
for calci apposit: "Explicunt nomina hebra-
"ica, et Syriaca translata ad latinum etc. Et
"finitus est iste liber per manus matthiae
"Hartzenh de Muldorf anno Domini Millefi,
"mo Quadragesimo Vicefimo quarto, feria
"quinta ante festum S. Martini.

4

Concilium dioc.
cesanum Patavien.
re.
1419.

256a-259b

Concilium dioecesanum Pataviae cele-
bratum a^o 1419. sub Georgio de Hohenbo-
Episcopo, Praesidente Rudberto de Welz Cano-
nico, et Vicario generali ejusdem ecclesiae.
Cum haec synodus conciliorum editorum, Cole-
tum, Mansum, Hartenheimum, aliorumque
fugerit, eorum non nisi obiter, et quasi du-
bic meminerit Hansvicius Germ. sac. T. I
p. 495. in quae ad notitiam hujus synodi
faciunt ex scribendis supersedere non possunt.
Praefatio in hunc modum inchoatur:

"Rudbertus de Welz Canonicus, et in Spi-
ritualibus Vicarius generalis Ecclesiae nec
non Cancellarius Curiae Patavienfis:
Universis, et singulis Archidiaconis,
Officialibus et Decanis per civitatem et di-
ocesim Patavien. ubilibet constitutis
Salutem in domino firmamque et indubitam,

278.

Cod. CXXII. n. 4.

" , tam notitiam subscriptorum "

(a) Qui primogeni-
tionem a iuridic-
tione Salisburgensi
ecclesie apud Jo-
ann: XXIII. Pontif:
se fertur.

(b) 1418. De hoc
concilio mox
infra.

(c) lege. Regis.

Dudum Reverendissimus in Christo pater et socius
 nus noster Dominus Georgius Episcopus Pataviensis
 divino succensus fervore, cum pastorali deside-
 rans salutem gregis sibi crediti salubriter pro-
 videre, opportunitatem temporis, quo illa que
 in votis gessit adimplere et opere, non sine
 anxietate mentis diutius expectavit. Sed
 adveniente tempore acceptabili, quo universa
 glis Dei Ecclesia pestifero schismate fere sex
 lustris morantibus divina in sacro constanti-
 ensi concilio schismate nefario extirpato, de-
 corem et pulchritudinem unitatis primitive
 rearsumpsit; quibus Sancta mater Ecclesia
 universalis unice, et jam indubitato gaudet
 pastore, Successore Petri ac vicario Christi:
 celebratoque proxime provinciali concilio Salts-
 burgensi per Reverendissimum Patrem, et Do-
 minum Dominum Bernhardum Archiepiscopum
 Saltsburgensem, (b) in quo prefatus Dominus nos-
 ter suos solennes habuit oratores, plenam
 dato suffultos, nonnulla ibidem provide
 pro reformatione Cleri, et populi predictae
 provinciae decreta fuere, tempus prospici-
 ens accomodum et desideratum diutius adve-
 nisse, quo Clero et populo sua civitatis et
 dioecesis debitum valet officii pastoralis im-
 pendere, Synodum Episcopalem decrevit in
 sua civitate Pataviensi suis patentibus li-
 teris convocandam, et ibidem Statuto tem-
 pore celebrandam, cui etiam praesidere, pro-
 ut conceperat, gaudebat ex intimis; et cre-
 dens se a rebus regis Majestatis, ac Sa-
 cro romani imperii Cerenissimi Principis et
 Domini nostri Domini Sigismundi Romanorum
 regi (c) semper Augusti, ac Hungariae, et Bohem-
 ae, et; etiam regi / Regis / ad tantillum tempus

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 122

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 279.

Cod. CXXII. n. 1.

279.

(d) Beat Georgius
Imperatoris Can.
Cellarius. Harz,
vitz. l. c.

posse absolvi. (d) Verum appropinquante ter-
mino pro celebranda Synodo praefato praefato
Domino nostro Episcopo arduis occurrentibus ne-
cessitatibus, nedum Sacrum romanum imperium et
republicam, imo etiam sacrosanctam Romanam
Ecclesiam, et fidem catholicam tangenti-
bus legitime: Legitima: impeditio salutis
populi sui aliquatenus negligenter, nobis li-
cet immeritis per alias suas literas patentes
dedit potestatem in Pataviensi synodo praesi-
dendi prout haec omnia, et singula in praefatis
literis convocatorum debite executionis, et
mandati ad praevidendum publicatis, in syno-
do et per notarios synodales ac duatis: actu-
atis: plenius continetur. Nos huiusmodi man-
datum, licet grave humeris nostris imposi-
tum, reverenter aequi cupientes de iurispe-
ditorum concilio invocata S. Spiritus gratia
singulis diebus Missis, et aliis divinis officiis
congregati synodaliter cum copiosa multi-
tudine Dominorum de capitulo Pataviensis Ec-
clesiae, ac Praetorum, Archidiaconorum, De-
canorum, Rectorum Ecclesiarum parochialium,
et procuratorum eorundem, ac Cleri civitatis
et diocesis eorundem in vim executionis, et
publicationis Statutorum Provinciae Saltzbur-
gensis procedentes, praefata statuta una cum
sancta Synodo antedicta publicamus et publica-
ri fecimus, recepimus, et recipi fecimus per cle-
rum et populos praedictos. Salvis tamen pro-
visionibus, et limitationibus inferius desin-
gatis, adjicientes nonnullas ordinationes, provi-
siones et statuta pro vocationis officio et exe-
cutione Statutorum praedictorum, provincialia
necessaria et optima; volentes insuper consu-
lere conscientis timoratis nonnullas etiam
constitutiones generalis constantiensis concilii
praedicti una cum praefata synodo publicamus
et publicari fecimus etiam inferius annotatas,

280.

Cod. CXXII. n. 4.

1 prout haec omnia et singula in registro, de
 2 mandato Synodi praedictae de super confecto
 3 per synodales notarios plenius continetur.
 Tenor vero Statutorum Synodaliu[m] sequitur
 in hunc modum.

" Tenor constitutionum generalis Con-
 1 stantiensis Concilii lectarum et publica-
 2 tarum in Synodo Letaviensi praedicta
 sequitur, et est talis: "

" Sanctissimus Dominus noster Papa
 Martinus quintus ad exaltationem fidei
 catholicae et spiritualem populi Christiani
 profectum de consensu et beneplacito na-
 1 tionis germanicae statuit, decrevit et ordi-
 2 nat: quod deinceps in metropolitana et
 3 cathedralibus ecclesiis nationis germanicae
 ejusdem sextae pars Canonatuum et pra-
 4 bendarum sit pro Doctoribus aut Licenti-
 5 atis in sacra pagina, vel altera iurium
 vel in Theologia Baccalaris formativus
 aut magistris in medicina, qui per bien-
 6 nium seu in artibus magistris, qui per
 7 quinquennium post magistratum in The-
 8 ologia, aut alterum iurium studuerint
 in Studio generali; Sic videlicet, quod
 ubicunque non fuerit saltem sextae pars
 9 canonatum, Praebendarum in metropo-
 10 litana vel cathedrali Ecclesia taliter
 11 graduatum, ibi quovocunque deinceps
 vacaverint Canonatus, et Praebenda,
 12 quovocunque etiam apostolica vel alia
 concedente (a) non nisi taliter gradua-
 13 tis conferatur, quovocunque dicta sextae pars
 compleatur taliter graduatum, Si ta-
 14 men infra mensem a tempore vacationis
 numerando repertus fuerit taliter gradua-

(a) auctori-
 tate.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 122

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 281.

Cod. CXXII. no. 4.

281

atus aut alius idoneus, qui per se vel procura-
torem voluerit acceptare, quod postmo-
dum continuetur, ut ad missus dictus nume-
rus scilicet partis canonicorum taliter ut pra-
mittitur, graduatorum in ipsis metropolita-
na et cathedralibus Ecclesiis habeatur.
Ibi autem soli consueverunt illustres aut
de Comitum vel Baronum genere vel ex tro-
que parente militares in canonicos ad-
mitti, taliter graduati, si acceptare vo-
luerint, si taliter nobiles, ut praemittitur
fuerint in Ecclesiis, ceteris etiam nobilibus
saltem usque ad dictum numerum pra-
ferantur "

"Item quod in aliis Ecclesiis collegia-
tis eiusdem nationis similiter scilicet pars
canonicatum et prebendarum deinceps
modo praemisso conferatur; sicut praemi-
tatur graduatis aut saltem in medicina
aut in artibus Magistris vel Licentiatum
aut in Theologia aut alterum juris sac-
cularis examinatis praeferantur "

"Item quod parochiales Ecclesiae ha-
bentes communi estimatione, quae se-
cundum formam publicam attendat, duo
milia communicantium vel plures, deinceps
non conferantur, etiam apostolica
vel quacumque auctoritate alia, nisi dot-
toribus, aut Licentiatum in sacra pagina
vel iure canonico aut civili vel sacra,
salaris in Theologia formatum; si tamen
infra mensem a die vacationis Ecclesianum,
merendo reperiat taliter graduatus,
qui per se vel procuratorem voluerit ac-
ceptare, decernendo irritum et inane,
si recus in praemissis iam circa canonica-
tus vel prebendas quam parochiales Eccle-

282.

Cod. CXXII. n. 4.

(b) lacuna hic est,
qua compleri potest
ex Concordatione Germanica
et M. Mar. tino Vinitis.

(c) lege Vicaria
Du France, et de
Cange Glossar. lat.
medi. evi.
(d) de dotante.

rias vel eorum a quoquam quamvis etiam apostolica auctoritate fuerit attentatum: salvis semper laudabilibus consuetudinibus et statutis ecclesiarum, que premissis non adversantur. In contrarium autem facientibus non obstantibus, qui, bursungo - - - (b). Item quatenus predicta ordinatio pluribus prosit, et humana ambitioni foenum imponatur, ordinat, statuit et decrevit idem Dominus noster Papa, quod vigore presentis constitutionis seu ordinationis nemo Graduatum prosit ultra unum beneficium ecclesiasticum adipisci.

Item vult, quod impari data ad eandem collationem gradus non graduato preferatur prerogativa, et diligentia non obstantibus quibuscunque. Item quod Vicaria (c) aut Vicaria chori officia in Ecclesiis cathedralibus et collegiatis de dotante non conferantur etiam apostolica auctoritate, nisi talibus, qui huiusmodi officia cantando, regendo, et alias sic veniant, et potuerint personaliter adimplere et.

Rubrica de Annatis.

De Ecclesiis et monasteriis virorum duntaxat valerantibus et vacaturis solventur pro fructibus primi anni a die vacationis Summe pecuniarum in libris numerata auctoritate apostolica taxata, qua comensalia solvantur nuncupantur. Si vero ex cessive taxata sunt, iuste retaxentur, et provideatur specialiter in gravatis regionibus secundum qualitatem rerum, temporum et regionum, ne nimium pregraventur; ad quod dabantur Commissarii, qui diligenter inquirant et taxent. Taxae autem predictae pro media parte infra

annum a die habita professionis pacifice totus
 us et majoris partis solventur, et pro media
 parte alia infra sequentem annum; et si in
 infra annum bis vel pluries vacaverit, semel
 tantum solvetur, nec debitum huiusmodi in
 successorem in Ecclesia vel nona teno trans-
 eat. De ceteris autem dignitatibus, perso-
 natibus, officiis et beneficiis secularibus qui-
 buscunque et regularibus, que auctoritate
 sedis apostolice conferentur, et providebi-
 tur de eisdem; preterquam vigore gratiarum
 expectativarum aut causa permutationum
 solvatur annata seu medii fructus iuxta
 taxam solitam tempore unionis infra annum,
 et debitum huiusmodi in successorem in
 beneficio non transeat. De beneficiis vero,
 quae valorem viginti quatuor florenorum
 de camera non excedant, nihil solvatur."

Pubrica de Simonia.

"Est autem considerata malitia ali-
 quorum temporum preteritorum, quibus
 labor simoniaca tam in ordinibus quam be-
 neficiis ecclesiasticis tunc conferendis et
 percipiendis ac religionibus ingrediendis fu-
 it heu nimium frequentata, Res in hoc con-
 scientius ad puritatem administrationem et
 perceptionem sacramentorum ecclesiastico,
 sum salubriter convolatur (e) omnibus et sin-
 gulis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus,
 Abbatibus ceterisque Prelatis, nec non Cle-
 ricis, personis ecclesiasticis religiosi vel se-
 cularibus utriusque sexus (f) ut quilibet
 eorum infra tres menses post publicatio-
 nem aut inquisitionem presentium sibi
 aut in Diocesi, ubi domicilium habuerit fac-
 tum, aliquem in sacra pagina aut in iure
 canonico Doctorem aut Licentiatum vel Sac-

(e) consulatur.

(f) deest verbum
 fors. conceding.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 122

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 284.

284.

Cod. CXXII. n. 4.

calarium formatum, ubi talis eomode poterit
 reperiri, vel ubi talis non reperiretur, lecto,
 rem aut alias intelligentem sacerdotem dis-
 cretum aut bona fama, curatum vel non
 curatum eligere valeat confesorem, qui
 infra predictum tempus, quantoocius como-
 de fieri poterit, ejus confessione audita,
 ipsam personam confitentem a his pecca-
 tis et a quibuscunque excommunicationum,
 suspensionum et interdicti aliisque senten-
 tiis, censuris atque poenis, quibus forsitan
 propter simoniam in ordine vel beneficio
 ecclesiastico, religionis ingressu, aut alias
 qualiteriunque active, vel passive comi-
 sam usque ad tempus publicationis pra-
 dictae dignoscitur incurrisse, in foro
 duntaxat conscientiae absolvere, nec non
 secum super irregularitate pro eo, quod hu-
 jusmodi sententiarum, aut eorum aliquam li-
 gata forsitan Missas vel alia divina offi-
 cia celebrasse, aut se imis euisse cense-
 bitur, usque ad tempus predictum con-
 tractae, ipsaque propter praemissa aut eo-
 rum aliquid a sui ordinis vel officii exe-
 cutione suspensa, quod in illis nihilominus
 ministrare, illa exercere, ad apta benefi-
 cia vel statum, in quo est, retinere, et
 ad ulteriora promoveri prosit, in dicto
 foro valeat dispensare, ac eadem bene-
 ficia, quae obtinet, ob hoc forsitan va-
 cantia, vel vacatura, si et postquam di-
 miserit, reconferri, omnemque inhabilita-
 tis aut irregularitatis nec non infamiae
 maculam sive notam atque aliam labem
 per eam occasione predicta usque ad
 tempus predictum contractam in eodem
 foro totaliter abolere, fructus quoque be-
 neficiorum ecclesiasticorum, quos for-

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 122

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 285.

Cod. CXXII. n. 4.

285.

ritan indebite percepit, et quos percipere
potuisset, ac quidquid occasione predicta
fuerit refundendum, dummodo persona ip-
sua ad restitutionem faciendam deducto ne
egeat in statu, in quo tunc fuerit, aut
alias absque nota vel scandalo sufficiens
non fuerit in dicto foro remittere, ac ean-
dem de his quittare et Liberare tenore
praesentium misericorditer indulgemus,
constitutionibus apostolicis et aliis in con-
trarium facientibus non obstantibus qui-
buscunque.

Insuper ad vitandum scandala et
multa pericula, Subveniens conscientia
et timoratis, oibus Christi fidelibus tenore praesentium
misericorditer indulgemus, quod
nemo deinceps a comunione alicujus in sa-
cramentorum administratione vel receptio-
ne, aut aliis quibuscunque Divinis, vel ex
praeceptu cuiuscunque sententiae, aut censu-
rae ecclesiasticae de jure vel ab homine ge-
neraliter promulgata teneatur abstinere,
vel aliquem vitare, aut interdictum eccle-
siasticum abbreviare; nisi sententia vel cen-
sura hujusmodi fuerit in vel contra pers-
onam, collegium, universitatem, eccle-
siasticam communitatem aut locum cer-
tatum vel certam a iudice publicata vel
denuntiata specialiter, et expresse consti-
tutionibus apostolicis et aliis in contrari-
um facientibus non obstantibus quibuscun-
que; salvo, si quem pro sacrilega manu-
um injectione in clericum sententiam la-
tam a Canone adeo notorie constitent in-
cidisse, quod factum non prosit aliqua
tergiversatione elari, nec aliquo juris suf-
fragio excusari; nam a communione illius,
libet denunciatus non fuerit, volumus ab-

286.

Cod. CXXII. n. 4.

stineri juxta canonicas sanctiones. //

De Indulgentiis.

(g) Senfswaper
te mutilus.

"Cavebit Dominus noster Papa in futu-
rum nimiam indulgentiarum effusione vide-
reant (g) et in praeteritum concessas ab
obitu Gregorii XI ad instar alterius indul-
gentiae revocet et annihilat.

(h) nitendi.

Item Sanctissimus Dominus noster
et indyta natio Germanorum consenserunt
et protestati sunt: quod omnia et singula
supradicta durare et tolerari debeantur,
que ad quinquennium duataxat a data
praesentium numerandum, constitutionibus
apostolicis regalis cancellaria factis, et
fiendis et aliis in contrarium facientibus
non obstantibus quibuscunque: quodque
per observantiam eorum nullum jus norum
romano Pontifici, romanae aut alicui alte-
ri Ecclesiae vel persona acquiratur, seu
praesudicium generetur: Sed Lapp dicto
quinquennio qualibet Ecclesia vel perso-
na praedicta liberam facultatem habeant
intendi (h) quolibet jure suo non obstanti-
bus supradictis; et quod capitula praedicta
ta quolibet eorum dentur cui libet ea ha-
bere volenti communiter aut divisim in
autentica forma sub sigillo Domini Vice
cancellarii cum subscriptione Notarii,
sic quoque fidem exhibita
ubicunque; pro toto autem non solvan-
tur ultra duodecim grossos duos den-
nos.

Tenor vero ordinationum, additio-
num et protestationum prefatae Pa-
taviensis Synodi sequitur, et est
talis.

Primus articulus. De cedulis oblati in
Synodo pataviensi per diversos arisatum est,
quod Dominus Vicarius generalis recipiat, et
conseruet omnes cedulas supradictas, et ipse
tempore visitationis exhibeant, et producat
coram visitatoribus deputatis, ut singuli
in suis Archidiaconatibus, Decanatus, et
cedulas predictas debite exequantur, et su-
per ipsis debite provideant, et diligenter
faciant executionem.

Secundus Articulus. Sancta Synodus
statuit, et ordinat, ut proxima Synodus epi-
scopalis celebretur in Anno (K) 20 die men-
sis Novembris anni proxime sequentis cum
continuacione dierum sequentium usque
ad finem; mandatque omnibus et singulis
Abbatibus, Prepositis, Ecclesiarum Parochia-
lium Rectoribus, et aliis quibuscumque qui
de jure vel consuetudine ad Synodum epi-
scopalem venire tenentur sub excommunicacionis
pena, quatenus loco et termino pre-
dicto legitime compareant ad recipiendum
et audiendum, quae inibi disponentur.

Item Synodus deputat et ordinat Do-
minum Rudbertum de Welz Canonicum, et
Cancellarium Curiae Pataviensis, ac ejusdem
in spiritualibus Vicarium generalem princi-
palem visitatorem per totam civitatem
et Dioecesim Pataviensem cum potestate vi-
sitandi, inquirendi, corrigendi, et reforman-
di, ac alia facienda quae in dicta visita-
tione necessaria fuerint, et optima nec non
viros idoneos eligendi, et assumendi, quos

(K) exhibeat.

(K) Fontarvis
Civitas Enns?
Cod. CLXXXVI
no. 10 habet Ana-
so.

288.

Cod. CXXII. n. 4.

ducerit ad hoc nominandos.

Item imprimis fiat visitatio in civitate Pataviensi totius cleri per Dominum Vicarium prefatum et Decanum Pataviensem, salvo capituli Patav. Ecclesie privilegio et Statutis.

Item disponit et ordinat monasteria Sancti Benedicti utriusque sexus prefatae civitatis et Diocesis visitari per Dominum Vicarium predictum, ac per reverendos Patres et Dominos Abbates monasteriorum Altae inferioris, et Gottwicensis: monasteria vero Sancti ordinis Augustini Canoniconum Regularium utriusque sexus prefatae diocesis ordinat visitari per prefatum D. Vicarium, et reverendos patres, et Dominos Superiores monasteriorum beatae Mariae Virginis in Neunburga et Sancti Hippoliti.

Visitatores autem visitandum Praelatum eligat Dominus Vicarius predictus ad suum arbitrium, Praelatum viciniorum Visitatoris visitandi ejusdem ordinis.

Visitatores autem cleri secularis sint Dominus Vicarius generalis predictus una cum Archidiacono, Officiali, seu Decano rurali in suo Archidiaconatu, Officialatu, seu Decanatu, quibus omnibus et singulis prefata Synodus inquirendi, corrigendi et agendi ea, qua necessaria sunt et optima pro visitatione officio, ac eligendi viros idoneos pro dicto officio exequendo plenam tribuit potestatem.

Ordinat etiam prefata Synodus, ut singuli Visitatores predicti in die Luna imediate sequenti Dominicam qua cantatur: Quasi modo geniti, anni imediate futuridic, visitationes incipiant et continuent, ac referant in proximo futuro provinciali consi-

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 122

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 289.

Cod. CXXII. n. 4.

289.

lis Saltzburgeri, aut episcopali Synodo Sa-
taviensi, prout eis pro bona reformatione
cleri videbitur expedire, jurentque omnes
et singuli Visitatores praenominati in mani-
bus Domini Praepositi Ecclesiae Sataviensis,
et ideo Praepositus occasione sui Archidiaconi
natus in manibus Vicarii generalis in spiritua-
libus, quod ipsorum visitationem, officium
sine personarum acceptione, odio et favore
inordinatis, et omni affectione sinistra procul
exclusis, et sine receptione pecuniarum et
munerum fideliter exercebunt, et quod Cle-
rum visitandum per ipsos in procuratori-
bus ultra debitum non gravabunt.

Item praedicta Synodus ordinat et com-
mittit Reverendo in Christo Patri, ac D. D. Andreae
Episcopo Vittricensi, Cooperatori in Pontifica,
libus Domini Georgii Episcopi Sataviensis,
ut statuta provincialia situata sub Rubri-
ca de Sicutinis in ordine faciendos in or-
dinibus per ipsum celebrandis offerret, et
per examinatos ordinandum per ipsum
eligendorum inviolabiliter faciat observari.

Comittitque Synodus praefata omnibus
et singulis visitatoribus praedictis, quod
ipssi inter caetera attendant ad statutum
provinciale situatum sub Rubrica de Offi-
cio Ordinarii, et illius executionem visi-
tatione faciant diligenter.

Item protestatur praefata Synodus,
quod Capitula situata sub Rubrica de sum-
ma Trinitate et fide catholica nuper pub-
licata in concilio Saltzburgeri non
recepit, nec recipit, sed super ipsis matu-
riorem vult habere deliberationem, et ipso-
rum determinationem reservabat ad pro-
vinciale Saltzburgeri concilium proxi-
me celebrandum.

(m) recepit)

290.

Cod. CXXII. n. 4.

(n) supple: ad.

Item protestatur Dominus Praesidens, et
sancta Synodus, quod per electionem factam
statuti provincialis situati sub Rubrica de
foro competenti, et alterius situati sub Rubri-
ca de immunitate Ecclesiarum, non recipit,
nec approbat illa statuta, nec extendit il-
la (n) civitatem et Dioecesim Pataviensem;
sed quod super illos consulatur Reverendiss.
in Christo Patre et Dominus noster Dominus Ge-
orgius Episc. Patavienfis, et fiat relatio sua
voluntatis super praemis in proximo con-
cilio provinciali celebrando.

Item praefata Synodus committit omnibus
et singulis Visitatoribus praenotatis, ut ipsi
in ipsorum visitationibus inter cetera exequen-
tur provinciale Statutum situatum sub Ru-
brica de cohabitationibus Clericorum et mu-
lium, ac etiam provinciale Statutum sub
Rubrica ut ecclesiastica beneficia sine di-
mutione conferantur, et in illorum execu-
tionem procedant iuxta dictorum Statutorum
continentiam et tenorem.

Adjungit etiam Synodus antedicta
omnibus Ecclesiarum parochialium Rectori-
bus praesentibus et absentibus, procuratoribus
et aliis praefatae civitatis et Dioecesis observan-
tiam Statuti provincialis situati sub Ru-
brica de Parochiis, et committit Archidiaconis
et Decanis executionem et praeticam Statuti
praedicti.

Testes vero Synodales pro isto anno
eligendi et nominandi per dictum Vicarium
generalem et suos co-visitatores, quibus su-
per hoc plenam tribuit facultatem diligen-
ter attendant ad provinciale Statutum sub
Rubrica de jure Patronatus situati, et trans-
gressores denuntient, et referant in futu-
ris Synodis (o) Episcopalis et Visitatoribus.

(o) futura Synodo.

Per ordinarios diligens fiat processus et executio contra quoslibet transgressores.

Item praefata Synodus iniungit hinc, etiam observantiam statuti provincialis situm, sicut sub Rubrica de Limonia Archiepiscopalis, Officialibus et Decanis praefatae civitatis, et Dioecesis, et disponit, ut locorum ordinarii et ipsorum officiales aut (p) poenarum inflictionem et executionem procederent iuxta dictorum statutorum continentiam et tenorem.

(p) ad.

Mandat insuper Synodus antedicta omnibus, et singulis Ecclesiarum parochialium Rectoribus praefatae civitatis, et Dioecesis, ut singuli in suis Ecclesiis provinciale Statutum de Haereticis nuper salubriter editum in lingua materna exponant singulis diebus Dominicis et festivis cum poenis, et capitulis ibidem contentis suis plebibus utriusque sexus, ut et ipsi illud inviolabiliter observent, et a suis plebibus ita faciant observari.

Statutum etiam provinciale de pileo Judaeorum commuto in publico deferendo, et loquendum cum suis poenis committit eadem Synodus in territoris et dominis Dominus Antonii Episcopi Patavienfis Domino in spiritualibus Vicario generali, et Strenuo militi Domino Andrea Herlperger Vice Domino; pro feminae autem ebraicae gentis ordinat, et disponit eadem Synodus, ut teneantur deferre capillum latum de straminibus, cum se in publicam exhibant, sine ornatu et superministrate nodorum de argento, auro et fenco, eadem Synodus executionem praefatam committit Dominis exercendam in territoris antedictis.

Supplicat denique et hortatur omnes et singulos principes, comites, vicenos, Barones, et alias potestates seculares, quatenus ad praefati statuti executionem, et poenarum

292.

Cod. CXXII. n. 4.

exactionem se exhibeant benevolos et paratos intuitu nominis christiani.

Item praefata Synodus hortatur, et requirit in vicesibus Seru. Sti. Reverendiss. in Xto Patrem et Dominum D. Georgium Episc. Pataviensem, et venerabilem Patrem, et Dominum Rudbertum de Welz praefatae Ecclesiae Canonicum, et ejusdem in Spiritualibus Vicarium generalem, quatenus ad honorem omnipotentis Dei, exaltationem fidei, reformationem morum in clero et populo, extirpationem haeresum et errorum, ad conservationem libertatis ecclesiarum, in officio parsonali, et Vicariatus sibi commissi viriliter assurgant, cura pervigili attendant, et illa canonice, et sine personarum acceptione gregi sibi credito diligenter impendant, et necessitatibus singulorum juxta avisa in Synodo oblata per diversos, et Dominos Vicarios praefatos per eandem Synodum commissa provideant taliter, quod in die districti judicii, dum de ipsorum villicationibus et populi sibi commissi reddituri sint rationem, meritum et laudem apud homines de provide ipsorum officii executione valeant obtinere; offertque Synodus praedicta praefatis Dominis ad ipsorum officium rationabilem et debitam executionem, assiduitatem, obedientiam pariter et honorem.

De aedificatione curiarum dotalium.

" Sancta Synodus Pataviensis mandat, statuit et ordinat, quod omnes et singuli Abbates et Abbatisse, Praepositi, Priores et Priorissa, Rectores parochialium Ecclesiarum, et beneficiorum aliorum, in dicta civitate et Dioecesi curias dotales, domos et habitationes eorum, ad dicta sua beneficia spectantes in aedificiis necessariis conservent et collapsa reforment infra hinc et proximam visitationem. Alioquin Visitatores locorum praedictorum auctoritate hujus Sanctae Synodae

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 122

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 293.

Cod. CXXII. n. 4.

293

taxabunt expensas pro reformatione dictorum
aedificiorum necessarias, arrestabuntque fructus,
et obventionem beneficiorum predictorum,
et illos pro reformatione predictorum
impendi facient conditione nulla obstanti

Quapropter vobis omnibus et singulis
supradictis in virtute Sanctae obedientiae,
et sub poenis in Statutis generalis et provin-
cialis Synodorum predictis contentis districte
praecipimus et mandamus, quatenus omnia, et
singula Statuta, ordinationes, et mandata
predicta in singulis vestris Archidiaconatibus
et Decanatibus, civitatibus et Diocesi-
bus predictis publicata, recepta ordinata,
disposita, cum suis limitationibus, et pro-
testationibus recipiatis et observetis; et vestris
subditis eadem intimare et publicare, me-
clatibus et Exlesiarum parochialium rectoribus
communicare, et copias tradere curetis, ipso-
rum tamen moderatis sumptibus et expen-
sis, ne aliquis ipsorum in praemissis valeat
ignorantiam allegare: alioquin contra re-
belles et rebelles vestros procedemus et proce-
dendi faciemus iustitia mediante; et in eorum
realem executionem procedere curetis, se-
cundum quod requirit status aut conditio
personarum. In quorum omnium et singulo-
rum evidentia praesentes literas appensio-
ne nostri sigillo, sigilli Vicariatus duxi-
mus communiri. Datum Patavia die vice-
sima quarta mensis Novembris Anno Domini
Millesimo quadringentesimo Secundo nono

Nota: Quae in hoc codice vitiosae
sunt, aut minus completa, Suppleri
possunt ex Codice C.LXXXVI. n. 10. ubi
acta huius Synodi perfectius continentur.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 122

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 294.

294.

Cod. CXXII. n. 5.

Concilium Prov.
Salisburgense
1418.

259b-266b

5.

Concilium Provinciale Salisburgense a^o 1418.
Sub Oberhardo III Archiepiscopo celebratum.
Incipit: "In nomine sancte Trinitatis etc. Ober-
hardus Dei et apostolicae sedis gratia etc. Deus
omnium creaturarum fabricator." Cessat in
Concil. collect. Nic. Coleti T. 17. col. 194. legg.
apud Harkheim Conc. Germ. T. 5. p. 171. et
Dalham Concil. Salisburg. p. 168. Illud autem
miror, ab Harkheimio, et Dalhamio ante
num II ea omissa esse, qua tamen Coletus, uti
et codex noster exhibent, nempe: "Dampna-
" cione simili reprobamus quorundam oppi-
" nionem erroneam asserentem episcopum pres-
" byterum sacerdotem curatum non posse ab-
" solvere presbyteros fornicarios a fornicati-
" onis reatu propter votum castitatis Inhi-
" bentes ne quisquam de cetero predictam oppi-
" nionem sub penis predictis docere tenere
" aut dogmatizare quoquo modo presumptat
" publice aut occulte etc." Caeterum codex
noster in fine deficit: terminatur enim
verbis: "Psileum deferre debent cornutum,
quae sunt ex castitate penultimo de fus-
dais. Plura videbis apud prefatos au-
thores

Nota: Haec / uti et precedens Syno-
dus Pataviensis / multo integrior, et sine
lacuna exhibetur Cod. CLXXXVI. n. 10.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 122

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 295.

Cocl. CXXII. n. 6. 7.

295.

S. Thoma Aquin.
Lect. I & II. Noct.
de festo corporis Christi
cum Hom. S. Augustini
Justiniani

268a-275b

S. Thoma Aquinatis Lect. I & II Nocturni
de festo corporis Christi, quarum initium: "Im-
mensa divinae largitatis beneficia!" Cuius S.
Thomae vindicat, uti et totum officium
de Corpore Christi Auctoris script: Ord. Praedici:
T. I. p. 940. Verum lectionem quintam, et
sequentes inter opera edita Paris. Fol. 40 1660
Tom XX pag: 363 et seqq. non reperi, erig
itaque sint an S. Thomae, an Alberti M.,
an alterius, ignoro. Additae sunt lectio:
III Nocturnae, id est: Homilia S. Augustini,
qua incipit: "Cum enim cibo et potu id ap-
petant homines de?"

7.

S. Augustini
Sermo de dedi-
catione ecclesie:

276a-279b

S. Augustini Sermo de dedicatione ec-
clesiae, vel altaris consecratione. Incipit:
"Recte festa Ceterie colunt! Dehinc ser-
mone P. P. Mauriani in edit. opp: S. August:
Parisus 1833 Tom. V. part. II in Appendice
pag: 379 ajunt: "In appendice nunc primum
collocatur. Dubium relinquunt Lovanienses,
reijciunt Verlinus, et Vindingus ut falsum.
Cecus fuit in Bibliotheca Patrum Inter ser-
mones Cusebio adscriptos. Sed ibi reperitur
aliquanto molitior." Additi sunt et alii
sermones, seu potius fragmenta sermonum
ejusdem S. Doctoris, quibus in calce addi-
tum: "Quis hec scribebat Johannes nomen
habebat sub anno Domini M^o cccc^o xxij^o
sabbato ante festum natiuitatis Marie etc."

f. 277v

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 122

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27459

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER - Online manuscript description \(HMML\)](#)